UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Eius regulæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Visual Library

ORatio præparatoria, fiet ſicut in ſecundo modo.

TErtius hic orandi modus in eo conſiſtit, vt inter ſingulas reſpirandi vices, ſingula Dominicæ, alteriuſue orationis verba tranſmittamus, expenſa interim, vel ſignificatione prolatæ vocis, vel perſonæ, ad quam oratio ſpectat, dignitate; vel mea ipſius vilitate; vel vtriuſq; poſtremo differentia. Eodem procedẽdum modo in verbis reliquis. Addendæ quoque orationes ſupra memoratæ, Aue, Credo, &c.

REGVLAE DVAE HVC ſpectantes.

PRior: vt, finita iuxta hunc orandi modum precatione Dominica, ſumatur aliis diebus, vel horis, angelica Salutatio, ſimili reſpirationum interuallo tractanda, cum aliis orationibus, vſitato more recitandis.

POſterior: vt, qui hunc orandi modum exercere cupit diutius, ad eum applicet precationes omnes ſupradictas, aut earum partes, & paria anhelituum, ac vocum interſtitia obſeruet.